conversatio eius nō esset digna hominibus: sed di-
una magis: quod etiā est forma resurrectionis fu-
ture in qua sicut angeli cōuersabimur et filii dei.
GREGO. in home. Dūenienter etiā eis speciem
qua recognosceret non ostendit: hoc agens foas i
oculis corporis: quod apud ipsos agebatur int' in
oculis cordis. ipsi namq; apud seipso intus et ama-
bant et dubitabāt. De se ergo loquētibus presentiaz
tribuit: sed de se dubitatibus cognitionis sue spe-
cie: abscondit: verba quidē eis cōtulit. Nam sequi-
tur. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos con-
fessi ad inuicem ambulātes: et eis tristes: **GRE**
CVS: Conferebat quidē inter se quasi non ampli-
expectantes christū viuentē: sed dolorosi quasi per-
empto saluatorē. vnde sequitur. Et respondēs vnuſ
cu' nomen cleophas: dicit ei: Tu solus peregrinus
es in iherusalem: et nō cognovisti que facta sunt in
illa bis diebus. **THEO.** q. d. Tu solus peregrinus
es: et extra confina iherusalē habitās: et expers es eo
rum que in medio ei? contigerut et hec ignoras.
BEDA: Vel hoc dicit: quia peregrinū putabāt eū:
cuius vultū non agnoscebat. sed reuera peregrinus
erat eis: a quoū nature fragilitate percepta iam re-
surrectionis gloria longe distabat et a quoū fide
ripose resurrectionis eius nescia manebat extrane-
us. Sed adhuc dominus interrogat: nam sequitur
Quibus ille dixi: Quae: Et ponitur eorum respon-
sio cum subditur: Et dixerunt ei: De ielu nazareno
qui fuit vir prop̄eta. Prophetam fatentur: filium
deitatem: Uel nondum perfecte credentes: vel so-

liciti ne incidenter in manus indeorum persequen-
tium: quia nesciebant quis esset quod verum crede-
bant celantes: Ad cuius commendationē subditur:
POTENS in opere et sermone. **THEOPHI.** Pri-
mo quidem est epus: secundo sermo. nullus enim
doctrine sermo approbatur: nisi prius is qui docet:
se ostendat auctorem: precedit enim epus aspectus.
nam nū mundaueris intellectus speculū per ope-
ra: non emicat decor optatus. Adhuc autē subditur:
Eoram deo et omni populo. Nam primo cōplacen-
dum est deo: deinde curandū quantū possibile est
de innocentia apud homines: et precedēte diuino
cultu vivamus sine scandalo plurimorū. **GRE**
CVS: Deinde assignat causa tristie: traditio et pas-
sio christi: cum sequitur: Et quomodo tradiderunt
eum summi sacerdotes et principes nostri in condē-
nationem mortis: et cruciferunt eū. Subditur au-
tem desperant Vox: cū dicitur: Nos autem spe-
rabamus q̄ ipse esset redemptor israel. Esperaba-
mus iniquit: non speramus: ac si mors domini si-
milis esset mortibus alioꝝ. **THEOPHI.** Expecta-
bant enim christū saluatū et redemptū populū
israel ab iniquitatibus malis et a servitute romano-
rum: ipsum quoq; credebant terrenū regē fieri: quē
putabant promulgatā in se mortis sententiā canes-
re potuisse. **BEDA:** Merito ergo tristes incede-
bant: quia et seipso quodāmodo arguebant: q̄ i illo
redemptionē sperauerint: quē iam mortuū vides-
rant: nec resurrectum credebant: et maxime doles-
bant eū sine causa occulū quē nouerant innocen-
tem. **THEOPHI.** Vident tamē hi yiri non oī
no increduli esse per hoc q̄ subditur: Et nunc sup
bec omnia tertia dies ē hodie q̄ hec facta sunt. In
quo videntur habere memoriam eius q̄ eis domi-
nus dicerat se tertia die resurrectū. **GRECVS:**
Porro relatam a mulieribus resurrectionis famam
cōmemorat: cum subditur: Sed et mulieres quedā
ex nostris terruerunt nos: que ante lucem fuerunt
ad monumentū: et non inuenio corpore eius vne-
runt dicentes se etiā visionem angelorū vidisse: qui
dicunt eum vivere. Dicunt quidē hoc quasi nō cre-
dentes: propter quod referunt se territos. i. stupefa-
ctos: non enim quod erat eis relatu firmū: estimab-
bant: aut angelicam illuminationem fuisse: sed stu-
poris et turbinis causam inde sumebant. Testimo-
nium quoq; petri non certum estimabant dum dis-
ceret: se non vidisse dominum: sed resurrectionē eis
ius coniūcere ex eo q̄ corpus ipi? in sepulchro non
iacebat. vnde sequitur: Et abierunt quidam ex nos-
tris ad monumentum: et ita inuenierunt sicut mu-
lieres dicerunt: ipsum vero non inuenierunt. **AV**
GVSTINV de concor. enanglistarū: Cum au-
tem lucas dicerit petrum accurrisse ad monumen-
tum: et cleopham dixisse: ipse retulerit q̄ quidam eo
rum ierant ad monumentum: intelligitur atesta-
ri iohanni q̄ duo ierint ad monumentū: sed petruꝝ
commemorauit: quia illi primitus maria nunciā-
uerat.

Et ipse dixit ad eos: O stulti et
tardi corde ad credendum in omni

Lucas

bus que locuti sunt prophete. **N**ō ne hec oportuit pati christum t̄ ita intrare in gloriam suam? **E**t incipiens a moysi t̄ omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant. **E**t appropinquarent castello quo ibant: t̄ ipse se finxit longius ire: **E**t coegerunt illum dicentes: **M**ane nobiscum: quoniam aduerspascit: t̄ inclinata est iam dies. **E**t intrauit cū il lis. **E**t factum est dum recumberet cum eis: accepit panem t̄ benedixit ac fregit: t̄ porrigebat illis. **E**t aperti sunt oculi eorum t̄ cognoverunt eum. **E**t ipse enanuit ex oculis eorum. **E**t dixerunt ad iuicez: **N**ō ne cor nostrum ardens erat in nob̄ dum loqueretur in uia: t̄ aperiret nobis scripturas? **E**t surgentes eadem hora regressi sunt in hierusalē: t̄ inuenierunt congregatos undeciz t̄ eos qui cum illis erant dicentes q̄ surrexit dominus uere: t̄ apparuit simoni. **E**t ipsi narrabant quae gesta erant i uia: t̄ quomodo cognoverunt eū in fractiōe panis.

THEOPHI. Quia predicti discipuli nimia dubitate laborabant: dominus eos redarguit. vnde dicitur: **E**t ipse dixit ad eos. **O** stulti. Fere enim easdem dixerant que et astantes cruci: Alios saluos fecit: seipsum non potest salutem facere. **E**t tardi corde ad credendum in omnibus que locuti sunt prophetē. Contingit enim credere que locuti sunt prophetē particulariter quedam: t̄ non vniuersalter omnia: puta si aliquis credit que de cruce christi dicuntur a prophetis sicut est illud: **F**oderunt manus meas t̄ pedes meos. que vero spectat ad resurrectionem nō credit: sicut est illud: **N**on dabis sanctū tuum videre corruptionē. Pecet autē in omnibus fidem adhibere prophetis: tam in glorioſis que de christo predicerunt: q̄s in iglorioſis: quia ex passione malorum est ingressus in gloriam. vnde sequitur: **N**ō ne hec oportuit pati christū: t̄ ita intrare in gloriam suam. s. fm. humanitatem. **ISIDORVS.** Sed t̄ si oportebat christum pati: tamen qui crucifixerūt rei sunt pene: non enim fatigabant perficere quod deus disponebat. vnde t̄ eorum executio fuit impia: dei vero dispensatio prudētissima: qui nequitia eos

rum in beneficia generis humani conuertit: quasi vreni vipersis carnis ad antidoti salutiferi confectionem. **CHRYSO.** Et ideo dominus ostendit consequenter hec omnia non euenisse simpliciter: sed ex dei proposito ante predestinato. vnde sequitur: **E**t incipiens a moysi t̄ omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant. quasi diceret: **D**ostq̄ estis tardi: ergo promptos vos reddam: mysteria scripturarum vobis expōndo. nam sacrificium abrae cum isaac dimisso immolatus est aries: hoc prefigurauit. **S**ed t̄ alius scripturis prophetis sparsim iacent mysteria crucis t̄ resurrectionis christi. **BEDA.** Si autē moyses t̄ prophete de christo locuti sunt: t̄ eum per passionem in gloriam intratrū predixerūt: quomodo gloriatūr se esse christianum: qui neq; qualiter scripture ad christum pertineant iuēstigat: neq; ad gloriam suam cum christo habere cupit: per passionēs attingere desiderat. **GRCVS.** Quia vero predixit euangelista: **C**nebantur oculi eorū ne eū agnoscerent: donec sermo domini mentem eorum moveret ad fidem: cōuenienter opportunum aspectus sui auditui subiungit. vnde sequitur: **A**ppropinquarent castello quo ibant: t̄ ipse finxit le longius ire. **AVGVSTI.** de questionib; euange. **N**ō nō ad mendacium pertinet. non enim omne quod fungimus mendacium est: sed quando id fungimus quod nihil significat: tunc mendacium est. cum autem fictio nostra refertur ad aliquam significacionem: non est mendacium sed aliqua figura veritatis: alioquin omnia que a sapientibus t̄ sanctis vris: vel etiam ab ipso domino figurate dicta sunt mendacia deputabuntur: quia scđidum vistatum intellectum non consistit veritas in talibus vicia. **S**icut autem dicta: ita etiā fungitur facta sine mendacio ad aliquam rez significandam. **GREGO RIVS** in homelia: Quia ergo adhuc in eorum cordibus peregrinus erat a fide: ire se longus finxit. Singere namq; componere dicimus. vnde t̄ compositores lutifigulos vocamus. Nihil ergo simplex veritas per duplicitatem fecit: sed talem se exhibuit in corpore. qualis apud illos erat in mente. **S**ed quia esse extranei a veritate non poterant: bicum quibus charitas gradiebatur: eum ad hospitium quasi peregrinum vocant. vnde sequitur: **E**t coegerunt illum. Ex quo exemplo colligitur quia peregnū ad hospitium nō solum invitandi sunt: sed etiam trahendi. **GLOSA.** Nec solū factis eum cogit: sed etiam verbis inducent. **S**equitur enim: Dicentes: **M**ane nobiscum: quoniam aduerspascit: t̄ inclinata est iaz dies. scilicet ad occasum. **GREGO RIVS** in homelia: Ecce autem cum per membra tua christus suscipitur: suscepentes suos etiam per se metipsum requirit. **S**equitur enim: **E**t intrauit cū illis. **M**ensam ponunt: cibos afferunt: t̄ deus: que in scripture sacre expositione non cognoverant: in panis fractione cognoscunt. **S**equitur enim: **E**t factum est dum recumberet cum illis: accepit panem t̄ benedit ac fregit: t̄ porrigebat illis: t̄ aperti sunt oculi eorum t̄ cognoverunt eum. **CHRY SOSTOMVS.** Quod non de sensibilibus oculis

Ca. XXIIII.

dictum est: sed de sensu mentali **TAVGVSTIN**⁹ de cōcordā euangelista. Neq; enim clavis oculis ambulabant: sed inerat aliquid quo non finitur agnoscere quod videbant: quod s. caligo & ali quis humor efficere solet: non quia dominus non poterat transformare carnem suam: vt alia reuera esset effigie: quam solebant intueri: quādoquidem & ante passionē transformatus est in monte: vt facies eius claresceret sicut sol. Sed non ita nunc factum est: non enim incongruenter accipimus hoc impedimentū in oculis eorum a lathana fuisse ne agnoscetur iesus: sed tñ a christo facta est permisio r̄iq; ad sacramentū panis: vt veritate corporis eius participata: remoueri intelligatur impedimentū inimici: vt christus possit agnoscī. **THEOPHILVS**: Sed & aliud innuit: q; s. lumentibus sacrum pane aperiuntur oculi ut eum agnoscant: magnum enim & ineffabilem vim habet domini caro. **AVGVSVNVS** de questio euangelista. Uel q; domin' le ire longi finxit: cum comitaretur discipulis expones sacras scripturas: vtrū ipse esset ignorans: significat quia hospitalitatis officio ad suam cognitōrem puenire posse homines intimauit: vt cū longi ipse ab hominib; abscesserit super omes celos cum eis transit: qui hec erubent seruis eius. Tenet ergo christū ne longi ab eo eat quisquis cathetizatur verbo in omnibus bonis ei qui se cathetizat cōmunicat. Etenim isti cathetizati erant verbo cuius expouerit eis scripturas. Et quia hospitalitatē sectati sunt: cum quem in ipa expositōne scripturarum non cognouerint in panis fractōne cognoscūt. nō enim auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabūt. **GREGO**. in homelia: Quis quis ergo audita vult intelligere: festinat ea que iaz intelligere potuit: opere implere. Ecce dominus nō est cognitus dum loqueretur: & dignatus ē cognoscī dum pascitur. **THEOPHI**: Et ipse etiā ab oculis eorum. **ORIGENES**: Per quod innuit q; populi sermones & saluatorē accendebat audiens tum cor ad amorem diuinum. **GREGORI**. in homine pentibico. Et auditio enī sermone inardescit animo: corporis frigus recedit: mens in superno fit anxia. Audire liber precepta celestia: & quorū mādatis instruitur: quasi tot facibus inflāmat. **THEOPHI**: Audebat ergo cor eoz vel igne verbozum domini quibus intendebat tanquā veris. Uel quia eo differente scripturas: per cellesbatur intrinsecus cor eorum: q; ille qui differebat dominus esset. Adeo ergo letati sunt: vt nullam moram passi: mox reuersi sunt in iherusalem. & hoc est quod sequitur: Et resurgens eadem hora regressi sunt in iherusalē. Surreverunt quidem eadem hora: peruenierūt autem per plures horas: si cut oportebat seraginta stadia transientes. **TAVGVSTI**. de concordā euāgelistarū: Nam ad famam erat q; surrexerat iesus a mulieribus facta: & a simone petro: cui iam apparuerat. Etenī

isti duo hec inuenierunt loquētes illos ad quos in iherusalem venerunt. Sequi enim: Et inuenierunt congregatos vndecim: & eos qui cum iphis erant dientes q; surrexit dominus vere: & apparuit famoni **BEDA**: Omniū enim virorum primo dominius apparuit videlicet petro ex his quos euāgeliste qua tuorū & paulus apostolū cōmemorauerūt. **CHRYSTO**: Non enim simul omnibus se manifestabat: vt fereret fidei semina: nam qui pmo viderat et cert' erat: alijs referebat. Hinde sermo prodicē parabat animū auditoris visiōni: & ideo pmo digniori & fideliōri omnib; apparuit. Erat n. op' anime fidelissime: que pūs acciperet hūc aspectū: vt minime turbaret inopinata visiōne. Et ideo pmo videntur a petro: vt qui pmo confessus est eum christū: pmo resurrectōem videre mereat: & eriam quia eum ne gauerat: pūs ei voluit apparere consolans eum ne desperaret. Post petru vero alijs apparuit: qndiq; pauciorib; quādoq; pluribus: quod duo discipuli confitent. Sequitur enim: Et ipi narrauerūt quae gesta erant in via: & que modo cognouerunt eum in fractione panis. **TAVGVSTI**. de cōcordā euāgelista. Quod autem ait marcus annuncianerunt ceteris: nec illis crediderunt: cum lucas dicat: q; iaz inde loq;banū vere resurrexisse dūm: quid intelligendū est: nisi aliquos ibi fuisse qui hoccredere nolleb;

Dum autem hec loquuntur: stetit iesus in medio eoz & dixit: Pax uobis. Egō suz: nolite timere. Cōturbati uero & cōterriti estimabāt se spm uidere. Et dixit eis: Quid turbati estis: & cogitationes ascendunt in corda nostra: Videntē manū meas & pedes: quia egoipse sum. Palpate & uidete: quia spūs carnē: & ossa nō habet: sic me uidetis habere. Et cū hec dixisset: ostendit eis manū & pedes

CIRYL: Undiq; resurrectōis fama per apostolos diuulgata & affectu discipulorū erecto ad christi visiōem venit desiderat: & querētib; & expectatiū bus reuelat: nec discepit ut de alio: sed euidenter se offert. vnde dicit: Dū bec aut loquūt: stetit iesus in medio eoz. **TAVGVSTI**. de cōcordā euāgē. Dūc ostētōes: vñi post resurrectōem & iohānes commemorat. S; quod dicit iohānes: Non cum illis fuisse apostolū thomam: cum scđm lucam duo illi regresi in iherusalem: inuenierūt congregatos vndecim: procul du bio intelligēdū est: q; inde thomas exierit: anteq; dūs hec loquerib; appareret. **DAT**. n. lucas locum in sua narratio: q; possit intelligi dum hec loquerēt: prius inde exisse thomā: & postea dominū intrasse: nisi quis dicat: non illos vndecim qui iam tūc apostoli vocabantur: sed discipulos illos vndecim fuisse ex multo numero discipulorū. Sed cum adiunxit lucas: Et eos qui cuz iphis erant. Satis vñiq; de

Lucas

clarauit euidenti^m illos vnde decim apostolos qui vocabantur apostoli: cum quib^m ceteri erant. Sed videamus cuius mysterij gratia sicut mattheus et marcus resurgens ita mandauerit: Precedam vos in galileam: ibi me videbitis. Qd^m tsi completum est: tamen post multa completum est: cum sic mandatum sit: ut aut hoc solum: aut hoc primum expectaretur fieri debuisse. **AMBROSIUS:** Unde hoc conuenientius arbitror: qd^m dominus quidem mandauerit discipulis: vt in galilea euz viderent: sed illis ob metum intra conclave residentibus primū se obtulisse. **GREGORIUS:** Nec hoc est promissi transgressio: sed potius festinata ex benignitate impletio propter puerilanimitatem discipuloꝝ. **AMBROSIUS:** Postea vero confirmatis animis vnde decim illos galileos perisse. Uel nihil obstat si dicant pauciores ita conclave: i mōte q̄ plures fuisse. **EVSEBIUS:** Duo enim euāgeliste. scilicet lucas et iohannes solis vnde decim hūc scribunt apparuisse hierusalem: ceteri vero duo in galileam properare non solum vnde decim: sed etiam vniuersis discipulis et fratribus dixerunt angelum et salvatorem vidisse: de quibus et paulus meminit dicens. Deinde apparuit plus q̄ quingentis fratribus simul. Est autem verior solutio: qd^m prius q̄ in iherusalem latit. itibus semel aut bis viuis est ad eoz consolacionem: in galilea vero non in conclavi aut semel aut bis: sed cum multa potestate ostensionem sui fecit: prebens se eis viuētem post passionem in signis multis: vt lucas testatur in actibus **AVGVSTINVS** de concor. euangelista. Uel quod ab angelō hoc est a domino dictum est: prophetice accipiendum est. In galilea enim sicut transmigratio significatiōem intelligendū occurrit: quia de populo israel transmigraturi erant ad gentes: quib^m apostoli predicantes non crederēt: nisi ipse dominus viā in cordib^m hominū p̄pararet. et hoc intelligit: Precedat vos in galileam. Scōm autem illud qd^m galilea interpretat reuelatio: non iam in forma tertii intelligendū est: sed in qua est equalis patri: quam permisit electoribus suis: illa erit reuelatio tanquam vera galilea: cum videbimus eum sicuti est. Ipa etiā erit beatior transmigratio ex isto seculo in illis eternitatē. vnde ad nos veniens non recessit: et quo nos precedens non deseruit. **THEOPHILVS:** Primo igitur dominus in medio discipulorum stans solito pacis affatu eorum turbinem sedat: oī edens qd^m ipse idem est magister eorum qui hoc verbo gaudiebat: quo etiam eos munivit cum ad predicandum misit. vnde sequitur: Et dicit eis: Pax vobis: ego sum. nolite timere. **GREGORIUS:** Pudeat ergo nos pacis manus delerere: quam nobis hinc descendens christus reliquit. Pax et res et nomen dulce: quia et dei esse accepimus iuxta illud: Pax tei. et eius esse deum: iuxta illud: Deus pacis. ipsam esse deitatem: iuxta illud: Ipse est pax nostra. Pax bonum commendatum ab omnibus: obseruatim aucta et paucis. Quae autem est causa: Fortassis ambitio dominij aut facultatum: aut luxurie aut odium: aut contemptus: aut aliquid huiusmodi ex his que dei ignaros videmus incurtere. Dei quippe precipue pax est: que cōfederat omnia: cuius nihil est adeo propius sicut unitas

nature et pacificus status. Trāssumitur vero ab angelis et diuinis potestatibus: que ad deum et ad invicem pacifice habent. Diffunditur vero per totas creaturas cuius est decor: tranquillitas in nobis autem manat: sicut animam quidem per inuestigationem virtutis et communicationem: sicut corpus vero in membris et elementis commensuratur: quo rum alterum pulchritudo: alterum sanitas appellatur. **BEDÆ:** Discipuli autem nouerant chrisium rerum hominem: cum quo tanto tēpore fuerant conversati. sed postea mortuus est: non credunt terria die potuisse veram carnem de sepulchro resurgere. Putant ergo se videre spiritū quem emisit in passione. vnde sequitur: Conturbati vero et contritici existimabat le spiritum videre. Error ille apostolorum secta est manicheorū. **AMBROSIUS:** Adduci autē virrūtum exemplis petrum et iohannem non credimus potuisse dubitare. Ut ergo lucas inducit fuisse turbatos: Primo omnium quia paucorum opinionē sententia maioris partis includit. Deinde quia tsi petrus de resurrectōne crediderat: turbari tamen potuit qd^m se dominus cum corpore rectibus obseratis: iprousus infunderet. **THEOPHILVS:** Verum quia per verbū pacis non est sedatus turbabo in animabus discipulorum. aliunde indicat eis se filium dei esse: qui mentis cognoscet archana. vnde sequitur: Et dicit eis: Quid turbati estis: et cogitationes ascendunt in corda vestra? **BEDÆ:** Quales vtiq; cogitationes: nisi false et perniciose: perdidit enim christus fructum passionis: si non esset veritas resurrectōnis tanquam bonus agricola diceret quod ibi plantauit inneniam. i. fidem que in cor descendit: quia desuper est. Cogitationes autem ille non desuper descenderūt: sed de imo in cor sicut herba mala ascenderūt. **CIRYLLVS:** Hoc autem fuit evidenter signum: qd^m non aliud est qui videretur: sed ille idem quem viderant in ligno mortuum: et positum in sepulchro: quem non latebat aliquid eorum que erant in nomine. **AMBROSIUS:** Considereremus autem qua gratia scōm iohannes apostoli crediderunt qui gaudi sunt: scōm lucam qui icreduili redargiuntur. Et videtur mihi iohannes quasi apostolus maior et altiora tetigisse hec sequentia de humanis proxima: hic historico viuis circuitu: ille comprehendit: quia et de illo dubitari non potest: quia testimoniū perhibet de his: quibus ipse interfuit: et ideo vtiq; verum putamus. Nam tsi in primo lucas eos non credidisse dicat: postea tamen credidisse demonstrat. **CIRYLLVS:** Comprobabis autem dominus deuictam esse mortem: et humanā naturam iam in charo corruptiōnem eruuisse: primo ostendit eis manus et pedes: et clavorum foramina vnde subdit: Videte manus meas et pedes: quia ego ipse sum. **THEOPHILVS:** Sed et aliud subunit: Palpate et videte: quia spiritus carnem et ossa non habet: sicut me videris habere. quasi dicit: Vos patatis me esse spiritum id est phantasiam: sicut plures defunctorum circa sepulchra videri sunt soluti. Sed scitote qd^m sp̄s neq; carnē haberet: neq; ossa: ego aut carnē et ossa habeo. **AMBROSIUS:** Hoc autē co-

Ca.XXIII.

min' ideo dicit: ut spem nobis/sue resurrectōis ostēderet: nam quod palpas corp' est. In corpore autē resurgemus: sed illud subtilius: hoc crassius: vt pote adhuc terrene labis qualitate/concretū. Non ergo per incorporeā naturā: sed per resurrectōis corpea qualitatē ch̄rist' clausa penetravit. **GREGO.** xi. moa. Non. n. in illa resurrectōis gloria corpus nostrū erit impalpabile: cū vento aereo subtil' et enti cuius dixit: sed subtile quidē per effectū spiritualis potest palpabile autem per veritatem nature. Sequitur: Et cū bec dixisset: ostēdit eis manus et pedes.

BED A. Quibus. s. indicata clauorū vestigia clauerū: sed fm iohannē etiam latus eis ostēdit: cum fuerit lancea perforatū: vt. s. ostensa vulnerū cicatricē dubitatis eorū vuln' sanaret. Solēt autē in b. lo co gentiles calūniam struere: quasi nō valuerit dominis vulnera fibi inficta curare. Quib' respondēdum est: quia nō est cōsequēs: vt qui maiora fecisse probat: minora facere nequiverit: sed certe dispēsa tōis gratia qui mortē destruxit: signa mortis dele re noluit: pmo quidē vt per hoc discipulis fidē sue resurrectōis astrueret: deinde vt patri pro nobis supplicis quale gen' mortis pro hominē pertulerit semper ostendat: tertio vt sua morte redēptis q̄ mi sercoriditer sint adiuti: propositis eiusdem mortis in eis insinuat: postremo vt in iudicio q̄ iuste dānēt impi denuciet.

Cadhuc autē illis nō credētibus et mirantib' p̄e gaudio dixit: Habe tis hic aliquid: quod māducet? At illi obtulerūt ei ptem piscis assi: et fa uum mellis. Et cū māducass̄ corā cis: sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hec sunt uerba que locut' sum ad uos: cū adhuc essem uobiscū: qm̄ necessitatem implere omnia que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me.

CIRYL. Ostenderat domin' discipulis man' et pedes: vt certificaret discipulos q̄ corp' quod passum fuerat resurrexit. Ut adhuc autē magis certificaret aliquid manducabile petiit. Vnde dicitur: Adhuc aut illis nō credentib' et mirantib' p̄ gau. dixit Dabitis hic aliquid quod māducet? **GREGO.** n̄ sensus: Et iussu quidē legis pascha cū amaricātib' edebatur: quia adhuc amaritudo manebat: post resurrectionem vero cibis fauō mellis dulcoratur. vnde sequit'. Ut illi obtulerūt ei ptem p̄scis assi: et fauō mellis. **BED.** Ad insinuandū ergo resurrectionis sue veritatem: nō solū tangia discipulis: sed etiam cōuēci cum illis dignatur: ne arbitren̄ eū nō solide: sed imaginabiliter fibi apparere. vnde sequit': Et cū māducasset corā eis: sumens reliquias dedit eis. Māducavit quidē potestate: nō ex necessitate. aliter. n. abscober aquā terra sitiens: aliter sol calens: illa insidientia: iste potentia. **GRECUS.** Si damus domini uere comedisse: dem' et omnes homines post

resurrectōem vti ciborū somētis. Sed que ex q̄dam dispensatōe fiunt a salvatore: nō sunt regula et norma nature: quoniā in quibusdā aliis dispēsauit. Re suscitauit enīz nostra corpora incorrupta: qui tamē dereliquit p̄p̄ri corporis foramina: que clavi foras uerant et lateris cicatricē: vt ostēdat q̄ mansit post resurrectōem naturā corporis: nec est in alia; muta tus substantiā. **BED.** Manducavit ergo post resurrectōem: nō quasi cibo indigens: nec quasi in resurrectōne quam expectam' cibis egere significans sed vt eo modo naturā corporis resurgentis astrue ret. **Mystice** autē p̄scis assis quem christus comedit: significat christū passum: ipse enim latere dignatur in aquis generis humani. Lapi voluit laqueo mortis nostre: et quasi tribulatōe assatus est tempore passionis sue: sed fauus mellis nobis extitit in resurrectōne. In fatio quidē mellis vtrāq; naturā ex primere voluit persone sue. Fauus quippe mellis ī cera est: mel vero in cera est diuinitas in humanitate. **THEO.** Clidens autē et comesta aliud habere mysteriū. q̄ enim māducavit partē p̄scis assi: significauit q̄ naturā nostrā in hui' vite mari natantem: assans eam igne p̄prie deitatis: et exiccas eius humitudinem: quam a p̄fundis verbis cōtraxerat: escam fecit diuinā: et eam que p̄mis erat abominabilis p̄parauit deo eibum suauē: quod significat fau' mellis. vel per p̄scem assūm significat vitam actiūa consumentē nostrā humiditatē laborū prunis. cōtemplatōem vero significat per fauū mellis: ppter dulcedinem eloquiorū dei. **BED.** Positq; aut visus est et tactus māducavit: ne in aliquo sensus humanos ludificasse videref: misit man' ad scripturas. vnde seq̄t'. Et dixit ad illos: Hec sunt verba que locutus sū ad vos: cum adhuc essem uobiscū. i. cū adhuc essem in carne mortali qua estis et vos. tūc quidē in eadem carne resuscitatus erat: sed cū illis in eadē mortalitate non erat. et subdit: Quoniā necesse est impleri omnia que sc̄pta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me. **AVG.** de cōcon. euange. Illud attendant qui magicis artib' ch̄ristū tanta potuisse: et non men ad apostolos in se cōuertēdos arte ipa conse crasse delyrāt: vtrū potuit magicis artibus prophe tas diuino spiritu anteq; in terra nascere implere Neq; enīz si magicis artibus fecit vt coleres et mortuus: magus erat anteq; natus: cui p̄phetādo vētu ro gens vna deputata est.

Cūc aperuit illis sensum: ut itelli gerent scripturas: et dixit eis: Qm̄ sic scriptū ē et sic oportebat christū pati et resurgere a mortuis ētia die: et p̄dicare in noīe ei' p̄niā et remissione peccatorū in omnes gētes: incipientib' ab hierosolyma. **V**os autē testes estis horū. Et ego mittā promissum patris mei in uos. **V**os autē tem sedete in ciuitate quoadusq; in duamini uirtute ex alto.

BED. Postq̄ prebuit te videndū oculis: manib⁹
bus contractandū: legis cōmemorauit scripturas.
consequēter aperuit sensu: vt intelligatur quod legi
gitur. vnde dicitur. **LUC.** aperit illis sensum: vt intel-
ligeret scripturas. **THEO.** Alioqñ quomodo eorū
anima turbata t̄ vacillas circa christi mysteriū stu-
duisset: sed t̄ verbis eos docuit. **Sequitur enim:** Et di-
xit eis: qñ sic sc̄ptū est: t̄ sic oportet christū pati. s. p
lignū crucis. **BED.** Perdidit aut̄ christ⁹ fructum
passionis: si nō esset veritas resurrectōis. vnde sub-
dit: Et resurgere a mortuis die tertia. Deinde post cō-
mendatā sui corporis veritatē: commēdat ecclie vni-
tatem cū subdit. Et predicare in nomine ei⁹ p̄niam t̄
remissiōem peccatorū in omēs gētes. **EVSE.** Di-
ctū n. erat: Postula a me: t̄ dabo tibi gētes heredi-
tatem tuam. Q̄ portebat aut̄ cōuersos ex gētibus ex-
piari a quolibet stagio t̄ macula q̄ ipi⁹ virtutē: q̄si
cōtaminatos ab errore demonū idolatrie: t̄ nuper
quasi cōuersos a vita execrabilī t̄ impudica: t̄ ideo
dicit: q̄ oportet pdicari p̄nis quidē p̄niam: cōsequētē
remissiōem peccatorū in omēs gētes. **Cis. n.** qui pri-
us q̄ verā ostēderūt malorum p̄niaz salubri gratia ve-
niam cōmissorū donauit: p̄ quib⁹ t̄ morte subiit.

THEO. In hoc vero q̄ dicit **P̄niaz** t̄ remissiōes
peccatorū. etiā de baptismate memit: in quo p̄ depo-
sitōem p̄orū scelerū: subsequit̄ venia peccatorū. Sed
quo pacto intellige in solo christi noīe baptisma fie-
ri: cū alibi mandet hoc fieri in noīe p̄ris t̄ filiū t̄ spi-
ritu sancti: Et p̄mo quidē dicim⁹ q̄ nō intelligit q̄
in solo christi nomine fiat baptisma: sed q̄ christi ba-
ptismate aliquis baptizet. i. spiritualiter: nō iudice:
nec tali quali iohānes baptizabat ad solā p̄niam: s̄
ad sp̄us almi p̄cipiatōem: sicut t̄ christ⁹ in iordanē
baptizat⁹ ostēdit spiritu sanctū in specie colubina.
P̄oro baptisma in christi nomine. i. morte christi in
telligas. sicut. n. ip̄e post mortē triduo resurrexit: sic
t̄ nos ter in aquā mergimur t̄ cōueniēter emergi-
mūr: incorruptibilitatis sp̄us arrā recipiētes. Doc-
etiā christ⁹ nomē cōtinet in se: t̄ patrē quasi vñctos
rē: t̄ sp̄in quasi vñctionē: t̄ filiū quasi vñctū. s. h̄ hu-
manā naturā. Nō aut̄ decebat ampli⁹ bipitū esse
humanū gen⁹ in iudeos t̄ gētēs. Et ideo vt omēs
in vñū vñiret: mādauit incipe sermonē a hierusalem
t̄ ad gētes terminari. vnde sequit⁹: **Incipi.** ab hieru-
sale. **BED.** Nō solū quia credita sunt illis eloq̄a
dei: t̄ eoz est adoptio filiorū t̄ gloria. verū etiam vt
gētes varijs errorib⁹ implicate: hoc maxime indicio
diuine pietatis: ad spem venie. puocen⁹ q̄ eis qui fi-
liū dei crucifixerūt venia cōcedet⁹. **CHRY.** Insup-
ne dicent aliqui: q̄ omisis notis iuerit te ostēta
turos ad extraneos. Ideo p̄nis apud ip̄os occisores
pandūt resurrectōis signa in eadē ciuitate: in q̄. pri-
pit temerari ausus. Cibi. n. crucifixores credere vi-
dens: resurrectio plurimū demōstrat⁹. **EVSE.** q̄ si
ea que christ⁹ pdixit iam sortiū effectū: t̄ verbū eius
vñuax t̄ efficax p̄ vñuersuz mūndū oculata fide p̄sp̄i
citur: p̄ps est nō icredulos eē erga eū qui. ptulit vñbū
cū enī necesse est diuinā vitā ducere: cū opa vñu-
da verbis cōsona ostendunt̄: que quidē ministerio
aplorū impleta sunt. vnde subdit: Uos aut̄ estis tes-
tes horū. mortis. s. t̄ resurrectōis. **THEO.** Conse-
quenter ne turbati cogitarēt quomodo nos hoies

idiote testimoniu⁹ p̄hibebim⁹ gentib⁹ t̄ iudeis qui te
occiderūt: subiugit. Et ego mittō p̄mis. pa. mei i vos
quod. s. per ioelem p̄mis̄rat dicens: Effundā spiritū
meū super omnē carnē. **CHRY.** Sicut autē miliv-
tes inuasiōs multos nemo dux extre finis donec
armati sint: t̄ sic discipulos ante spirit⁹ descendūt:
ad conflictū egredi nō permittit. vnde subdit: Uos
aut̄ sedebitis in ciui. quoadusq̄ indua. vir. ex alto.

THEO. i. virtute nō humana: s̄ celesti: nec oīit:
Suscipiat̄: sed Induamini. integrā tutelā spirita-
lis velaminis indicane. **TBEDA:** De hac autē vir-
tute. i. spiritu sancto dicit etiā angelus marie. Et vir-
tus altissimi obumbrabit tibi. Et ip̄e domin⁹ alibi
Nam t̄ ego noui virtutem de me exisse. **THEO.**
Cur aut̄ nō christo presente vel eo discedēte statim
spirit⁹ venit. Decebat enim eos fieri cupidos rei: et
demū recipe gratiam. tūc enim magis ad deū erig-
mur: cum incumbit necessitas. oportebat enim in-
terim noīrā cōparere naturā in celo t̄ federa con-
sumari: ac deinde sp̄in aduenire: t̄ gaudia celebra-
ri serena. Attende etiā q̄tam eis necessitatē iposuit
hierosolymis esse: in eo q̄ illic sp̄in promisit largiri.
Re enim rursus post ei⁹ resurrectōem aufugerēt:
hac expectatōe quasi quodā vinculo omēs sūnt eo
ibi detinuit. dicit aut̄: Donec induamini virtute ex
alto. Nec expressit q̄n vt sint iugiter vigiles. Quid
ergo miraris: si diē nouissimū nō pādit: cū diez būc
ppinquiū pandere noluit. **GREGO.** in pastora.
Admonēti sunt ergo quos a pdicatois officio imp-
fectio vel etas prohibet: t̄ tamē p̄cipitatio impellit
nedū sibi tantū on⁹ officii p̄cipitatiōne arrogat̄: viaz
sibi subsequētis melioratōis absindāt. Ipa enī ve-
ritas que repēte quos vellet reprobare potuisse: vt
exemplū sequit̄b⁹ darz: ne imperfecti pdicare p̄sumē-
rent: postq̄ plene discipulos de virtute pdicatois
instruxit: mandauit eis vt in ciuitate federēt: donec
induerent̄ virtute ex alto. In ciuitate quippe sedes
mus: si intra mentū nostrarū nos claustra constri-
gim⁹: ne loquēdo exteri⁹ euagemur: vt cum virtute
diuina pfecte induimur: tūc quasi a nobis metipis
foras etiā altos instruētes exeamus. **AMBRO.**
Considerem⁹ aut̄ quomodo fm iohanne accepunt
sp̄in sanctū: hic aut̄ in ciuitate iubens sedere: quoad
usq̄ induans virtute ex alto: sed sp̄in sanctū vel illis
xi. quasi pfectioib⁹ insufflavit: reliquis postea tri-
buendū pmittit: vel eisdez ibi insufflavit: hic sp̄o
dit. Nec videf̄ esse contrariū: cum diuisiōes sint gra-
tiarum. ergo aliam insufflavit ibi operatōem: hic
aliam pollicetur. Ibi enim remittēdōu⁹ gratia tri-
buta est peccatorū: quod videf̄ esse angusti⁹: t̄ ideo
insufflatur a christo: vt credas spiritu sanctū christi
t̄ credas de deo spiritū. De⁹ enī sol⁹ peccata dimis-
tit: lucas autem linguarū grām describit effulam.
CHRY. Sel dicit: Accipite sp̄in sanctū: vt eos ido-
neos faceret ad receptōem: aut quod futuri est vt
p̄nis indicauit. **AVG. xv.** de trini. Uel dōis post re-
surrectōem suā bis dedit sp̄in sanctū: semel in terra
pter dilectōem p̄ximorū: t̄ iterū de celo ppter di-
lectōem dei.

**Eduxit autē eos foras in betha-
niam: t̄ eleuatis manibus suis bene-**

Ca. XXIIII.

dixit eis: Et factus est: dū benedice ret illis recessit ab eis: et ferebatur in celū. Et ipi adorātes regressi sūt in hierusalē cū gaudio magno: et erant semper in templo laudantes et bēdientes deum. Amen.

BED. Intermissis omnibus que per. xlivi: dies agi a domino cum discipulis potuerū: prūmo diei resurrectōnis eius coniugit a cīte nouissimū diem quo ascendit in celū dicens: Eduxit autem eos fōras in bethaniā. Primo quidē propter nomen ciuitatis que domus obediētē dicitur. qui enim ppter inobedientiam peruersorū descēdit: propter obedientiam conuersorū ascendit. deinde propter fidū: eiusdem ville que in latē montis oliuarū posita ēē narratur: quia videl; obediētē ecclēsie dominus in ipsius summi montis. i. in christi latere: fidei: spei: dilectionis sue fundamēto locauit. Eos autem benedit: quibus precepta docēdi tradiderat. unde sequitur: Et eleuatis manib; suis benedixit eis. // THEO. Solet enim conuersatiua; influiens eis vīq; ad adventū spiritus: et fortassis instruēs nos: vt quotiens recedimus: benedictōibus subditos deo commēdemus. ORIGE. Qd autē eleuatis manib; bene- dixit eos: significat qd deceat benedicētē quēq; orationē esse variis operibus et arduis respectu alio- rūnūc enim manū tollūtur in altum. // CHRY. At tende autem qd dominū brevia re promissa aspectu subiicit: promiserat quidē corporū resurrectōem: a mortuis resurrexit: et per. xl. dies discipulos certificat: promittit etiam qd in nubib; rapiemur in aere: et hoc ipē patefecit per opera. Sequiā enīz: Et factū est dū benediceret illis: recessit ab eis: et ferebat in celū. // THEO. Et belias quidē videbat quasi as- sumi in celū: sed salvator ipē precursor omnium ascendit in celū: apparitū dūmō cōspectui in sacro suo corpore: et iam nostra natura in christo ho- norat a qualib; virtute angelica. // CHRY. Sed di- ces: quid interest mea: quia et tu in nubib; suscipie- sis similiter: nam corpus tuū cōnatūlare ē illi cor- pori. Erit igit; et corpus tuū iam agile ut possit trā- sire per aera: nam sicut caput: sic et corpus: sicut pī- cipus et finis. Aspice autē quomodo honoratus es per hoc pīcipium. Infima pars ratōnalis crea- ture homo erat: sed pedes effecti sunt caput: subli- viati in regiā sedem in suo capite. // BED. Ascēden- te autē in celum domino: discipuli adorātes ubi ste- terunt nouissime pedes eius: cōfestim hiersolymā redēte: ubi promisiōez patris sunt expectare prece- pri. Sequiā enīz: Et ipi adorātes: regressi sunt i hie- rusalem cum gaudio magno. Gaudia magna agūt: quia deum ac domū suū post triumphū resur- rectōnis etiam celos penetrasse letantur. // GRE- CVS. Et erant vigilates non degētes in propis la- bouibus: sed expectātes supernā gratiam cōversan- tur in templo: inter ceterā etiā loci honestatē addi- scētes. unde dicitur: Et erant semper in templo. // THEO. Non dū aderat spiritus: et iam spiritualiē conuerſū: pīs erant reclusi: iaz stant in medio pīs

cipum sacerdotū: nec aliquo distractūtū mīdano: sed omnib; cōtemptis iugiter deū laudant. Sequiā tur enim: Laudātes et bēdīctētes deum. BED. Et attende qd lucas inter quatuor animalia celi de signatus accipit per vitulū: cui⁹ victima qui in sacerdotiū eligebat et initiari sunt iussi: eo qd ipsum sacerdotiū christi cereris amplius exponēdū suscepit: et euangēliū suū quod a ministerio templi per sacerdotiū zācharie cepit: in templi deuotōne com- pleuit: et apostolos ibi ministros noui sacerdotiū futuros non in victimariū sanguine: sed in laude dei et in benedictōne cōclusit: vt in loco oratōis et iter laudū deuotiōes promissum spiritu sancti aduētū paratis cordib; expectent. THEO. Quos nos imi- tates in sacra vita spē degam⁹: laudātes et bēdīctētes deū: cui est gloria et bēdīctio et virt⁹ in sc̄la. Amen.

Dominica prima de aduentū.

| | |
|---|----------|
| Erunt signa in sole et luna. Dōna xx⁹ | .xxi. |
| Dñica quarta Anno qntodecimo impīj. | .iij. |
| Dominica post nativitatem domini | |
| Erat ioseph et maria. | .ii. |
| In octaua nativitatis domini | |
| Postq; consummati sunt dies. | .ij. |
| Dominica prima post epiphania; | |
| Lum factus eslet iesus annorum. | .ii. |
| In secagēma Cum turba multa | .viii. |
| In qnquaremā Assūp̄t̄ iesus. xii. | .xviii. |
| Feria quinta post dñicā secūda in. xl. | |
| Dixit iesus discipulis suis parabolā hāc. | .xvi. |
| Sabbato post eandem. | |
| Dixit iesus discipulis suis: homo quidā. | .xv. |
| Dominica tertia in quadragesima | |
| Erat iesus eijsiens demonium. | .xi. |
| Feria secunda post eandem | |
| Dixerūt pharisei ad iesum: quāta au. | .iij. |
| Feria quinta post eandem. | |
| Surgens iesus de synagoga. | .iij. |
| Feria quīta post dñicā quartam in. xl. | |
| Ibat iesus in ciuitatē que vocat nām. | .vij. |
| Feria quīta post dominicā in passione | |
| Rogabat iesus quidam phariseus. | .vij. |
| Feria quarta post dñicā in ramis palmarū | |
| Appropinquabat dies festus. | .xxii. |
| Feria secūda post dominicā resurrectōnis. | |
| Duo ex discipulis iesi ibant. | .xxiiij. |
| Dñica pīma pī pēthe. Eiote misericordes. | .vi. |
| Dñica secūda Homo quidā fecit cenā. | .xiiij. |
| Dñica tertia Erant appropinquātes. | .xv. |
| Dñica quarta Lum turbe irruerent. | .v. |
| Dñica octaua Homo quidā erat diues. | .xvi. |
| Dñica nona Lum appropinquaret iesus | .xix. |
| Dñica decima Dicebat iesus ad quosdā. | .xviii. |
| Dñica duodecima Beati oculi qui vidēt. | .x. |
| Dominica tertiadecima | |
| Dum iret iesus hiersolymam. | .xvij. |
| Dñica qntadecima Ibat iesus in ciuitatē | .vii. |
| Dñica sextadecima Lum intrasiet iesus. | .xiiij. |
| In dedicatiōb; Egressus iesus pambū. | .xix. |
| In festo sancti silvestri pape | |
| Sint lumbi vestri precincti: et lucerne ar. | .xij. |
| In festo purificationis beate marie virginis. | |